Tyrocinium Juridicum

SEU

DISPUTATIO JURIDICA

DE

JURE DEPEN-DENTIARUM,

Quam,

DIVINO FAVENTE AUXI[LIO]

PRÆSIDE

DN. OTTONE PHILIP[PO]

ZAUNSCHLIFFERO,

JCTO, Antecessore, & Universit. hujus Sync[dico]

Publicæ Disquisitioni submittet

NICOLAUS CHRISTIAN[US]

Schantz / Stetino-Pomeranus.

Ad diem 4. Aprilis H. L. Q. S.

Marburgi Cattorum,

Typis Johannis Henrici Stockii, Anno M.DC.X[...]

Serenissimi ac Potentissimi

PRINCIPIS AC DOMINI,

DN. CAROLI I.

G. HASSIÆ LANDGRAVII,

PRINCIPIS HERSFELDIÆ,

COMITIS CATTIMELIBOCI,

DECIÆ, ZIEGENHAINÆ, NIDDÆ

& SCHAUMBURGI, &c. &c. &c.

Domini nostri Clementissimi

MINISTRO INTIMO,

VIRO

Prænobilissimo, Amplissimo & Excell.

DN. NIC. WILHELMO

GŒDDEO, JCto,

...no suo Magno, in æternum venerando, colendo

Hanc Dissertationem munus quidem levidense; verum subjectissimæ in illum animi devotionis testimonium fidelissimum

Dicat dedicatque

NICOLAUS CHRISTIANUS Schantz/

I.

CUm DEUS omnium a-
ctionum nostrarum sit
principium, medium &
finis *N. 109. pr.* & univer-
sa bene gerantur, si prin-
cipium fiat decens & a-
mabile Deo *N. 6. præfat.*
& *N. 164. præf.* Propterea
am in nomine Domini nostri Jesu Christi *l. 2.*
le offic. præf. præt. hanc disputationem de jure
endentiarum (non ostentationis sed pater-
admonitionis & exercitii gratia) aggredi-
r, ubi enim Christus non est fundamentum
nullum boni operis est superædificium *c. 1. q. 1.*
Utilitas autem hujus materiæ non est mi-
a *arg. l. 1. ff. de exercit. act. l. 1. ff. de trib. act.* nec
commendatione, ipsa enim se ostendit, *arg.*
de restit. in integr. Siquidem usus est frequens
ecessarius; quam secundum tenuitatem in
i breviter tractaturus, non diu immorabor
ocabulo dependentiæ, unde nomen suum

deducat, est enim à præpositione de & pendentia.

mia. 2. Synonima quod attinet dicuntur dependentiæ *in Instr. pac. Cæs. Gall. §. tertio* & *§. itemque* & *§. reddita* 109. appertinentiæ in *Instr. pac. Cæsar. Succ. art. 4. §. 6. 17. 37. & Cæs. Gall. §.* 11. 14. *& pluribus locis*: pertinentiæ *Instr. pac. Svecie c. 14. pr.* annexa *Instr. pac. Svec. art. 5. th. 12. §. 2.* adjacentia *l. 2.* C. *de bon. vacant. l. 41. §. 6. ff. de leg. 3.* accessoria *c. 42. d. R. I. in 6.* additamenta *l. 91. §. penult. ff. de leg. 3.* accessiones *§. 27. I. de R. D. l. 23. §. 6. ff. de R. V. l. 19. §. 13. l. 29. §. 1. ff. de aur. & arg. leg.* & alia, quæ vocabula tamen non per omnia Synonima, sed aliquando alterum altero vel latius vel angustius est.

tio. 3. Dependentiæ sunt res, quæ sive ex juris, sive ex hominis dispositione alteri alicui rei tanquã principali accedunt, ejusque conditionem sequuntur.

io. 4. Dependentiæ sunt vel juris, vel ex arbitrio hominis, illæ sunt vel necessariæ, sine quibus res principalis salva esse nequit *l. 4 pr. ff. de pen. leg.* vocantur & connexa & individua *Heser. loc. Comm. pract. de divis. bon. p. 2. loc. 4. n. 4.* Vel utiles, quas juris dispositio rei principali in hunc finem vult adjunctas, ut illi usum commodiorem præbere

queant.

ueant,quibus tamen abſentibus res principa-
s non eſt ſine omni uſu,ut ſunt clavi,qui veſti-
us inſuuntur,*l.23. §.1.ff.de aur. & arg.leg.* orna-
ienta muliebria *l.25.§.10 .ff.eod.*

5. Dependentiæ arbitrii ſunt, quæ ex libero ominum arbitrio, eoque vel aperto,vel tacito eſtinantur, ut perpetui uſus cauſa ibi ſint,*l.17. .ff.de act.empt.*vel rei principali accedunt,quò æ commodiſſimum uſum homini præbere oſſint *l.24.§.3 ff.de leg.* 1. V. C. aliquis domum oſſidebat & hortum ædibus vicinum compa- vit, ut amœniorem domum & ſalubriorem ſſideret,aditumque in eum per domum ha- it,& hortus additamentum vel dependentia mus habetur *l.91.§.5.ff.de leg.3.* hinc domo le- a, hortus tanquam dependentia domus ata cenſetur *Heſer de bonor.* Comm.*p.*2 *loc.*17. *n.24.* Sic dominus ædium binarum aliquod nclave,quod alterarum ædium eſſet in uſum erarum convertit,tunc commodo id concla- lteris ædibus accedit alteris decedit,*l.31.ff.de .l 47.ff.de damn.infect.* proviſio enim ho- nis tollit proviſionem legis, & voluntas ho- nis eſt lex ejus *N.22. c.2 .pr.* adeoque hæc ha- t fundamentum in illa lege quòd unusquis- ſit moderator & arbiter rei ſuæ *l.21.*C.*mand.* Subdivi

ci- 6. Cauſa efficiens remota dependentiarum
a. eſt lex, conſuetudo vel ſtatutum aut pactum, Mev. *p.2.deciſ.196.num.5.* Lex, quando ſc. lex ſtatuit hoc vel illud dependentiarum loco eſſe, ſic lex ſtatuit, quòd fundo vendito veniant ea, quæ terra in ſe continet *l. 17. pr. ff. de inſtr. & inſt. leg.* Sic & jure civili, & ſtatuto, & conſuetudine, hiſce in oris cautum eſt in venditione ædium venire **was Erd / Mauer und Nagelveſt iſt** / Struv. *Synt. Imprud. ex 23. th. 14.* Carpz. *Iurisprud. Civ. p.2.c.33.def.20.*

fici. 7. Cauſa efficiens propinqua eſt conjunctio
iqua. rei; inſerta enim & incluſa pars rei exiſtimantur *l.38 in fin. ff. de act. empt. l.91. §. pen. ff. de leg. 3. l.13. §. fin. ff. de act. empt. l.49. ff. de contr. empt.*

fici- 8. Cauſa efficiens proxima eſt voluntas &
ma. deſtinatio patrisfamilias *l.4. verſ. cui deſtinatæ ceſſerint C. de relig. & ſumpt. fun. l.12. §.14. & §.37. ff. de inſtr. vel inſt. leg.* quando verò voluntas non eſt plane aperta ad poſſeſſionem vel uſum reſpiciendum eſt *l.17. §.7. ff. de act. empt.*

9. Ad materiam pertinent res principales, quibus dependentiæ accedunt, adeoque dependentiarum materia per univerſum jus ſeſe diffundis ex quo pauca delibabimus.

10. Dependentiæ hæ ſunt, vel territoriales, vel

ion ſunt, illæ ſpectant vel religionem, vel poli-
iam, ad illas dependentias, quæ pertinent ad
eligionem ſpectat mutatio & exercitium reli-
ionis *v. Conſtit. pac. relig. de anno 1555. verſ.* da-
nit ſolcher Fried / & jus epiſcopale, ex quo jure
ependet cognitio in cauſis matrimonialibus,
iſpenſatio graduum, ordinatio miniſtrorum
erbi divini, Confirmatio, inſpectio, viſitatio,
epoſitio, templorum extructiones, admini-
ratio defenſio bonorum. Eccleſiaſticorum
d. Inſtr. Pacis paſſim.

11. Dependentiæ territoriales ad politiam
rtinentes conſiderantur vel tempore belli,
l tempore pacis, ad illas ſpectant, luſtratio,
jus ſequelæ, fortalitia, jus aperturæ, ſecuri-
viarum publicarum, præſtatio ſalvi condu-
is, &c.

2. Ad dependentias territoriales tempore
cis ſpectant, ſanctio ordinationum politica-
n, earumque executio, jus ſtatuendi de nego-
civili & criminali, regalia majora & minora,
llectæ, ſive ſint extraordinariæ ſive ordina-
mulctarum & pœnarum impoſitiones, jus
andi & foreſti, &c.

Quæ in territorio ſita ſunt, ea præſumun-
eſſe dependentiæ & in illius Domini juris-
A ... dictio

dictione, cujus est territorium *c.10. c.16. quæst.7.* Gœden. *Conf.42. num.13.* Reink. *de Regim. Secul. & Ecclesiast. l.1. l.5. c.1. n.24.* nisi quis se exemptum docere possit, Knich. *de subl. terr. jur. c.3. n9.0. & sequentibus.*

14. Castro vendito tanquam principali & universali, videtur etiam venditum territorium tanquam dependentia *l.239. §.8. ff. de V.S. Gail.2. obs.62. n.3. & 4.*

15. Castro simpliciter in feudum concesso prædia vasalli & similia in territorio illius castri, finito vel aperto feudo non sunt feudalia Rosenth. *de feud. c.12 conclus* 15. *num.35.* neque semper jurisdictio transit, sed si castro jurisdictio inhæret, quia si simpliciter sit concessum feudum, in quo non consueverit exerceri jurisdictio, concedens non dicitur illam concessisse Fab. *de mont. de empt. & vend. p.247. n.14.*

16. Castro concesso cum dependentiis, etiam nova ædificia ad castri jurisdictionem & heredes feudales pertinent Struv. *Exercit. for.15. th.17.* melioratione tamen restituta heredibus vulgaribus.

17. Concesso castro, si Dominus castri prædia habeat in illo castro tanquam privatus, illâ appellatione prædia tanquam dependentia non

veniunt, si verò habeat tanquam Dominus jurisdictionis, & destinaverit ea, ut sint dependentiæ castri *arg. l. 24. §. 2. ff. de leg.* 1. vel comparaverit uno eodemque tempore titulo & pretio simul cum castro, tunc illa sub territorio castri sita nomine castri veniunt. *fac. arg. l. 91. §. 5. ff. de leg. 3.*

18. Castro concesso cum omnimoda jurisdictione vel cum omnibus juribus & dependentiis merum & mixtum imperium transit, Struv. *Synt. Jur. Civ. cap. 4. th. 49.* Fach. 7. *9. nov.* Menoch. *de præsumpt. l. 3. præs. 97. num. 38.* veniunt & arma bellica & tormenta, quæ deputata sunt pro defensione castri Vultej. *de feud. p. 56.* jus patronatus illi cohærens D. Otto. *dial. r. p. 79.* ut & molendina, ad castri usum destinata, nisi essent privatorum, Fab. *de mont. p. 245. num. 10.*

19. Concesso tamen castro tali modo, neque jus regium, neque superioritas, neque regalia majora concessa intelliguntur Reink. *de regim. & Ecclesiast. l. 1. l. 5. c. 2. num.* 13. Dan. Otto *de jur. publ. c.* 11. nisi à summo Principe concessum Knich. *de subl. & reg. jur. c.* 1. *num.* 254. *& sequentibus.*

20. Apprehensa possessione alicujus castri intelli-

telliguntur etiam dependentiæ ejus ritè apprehensæ, *arg. l. 3. §. 1. verſ. ſed ſufficit ff. de acq. vel am. poſſ.* Gail. 2. *Obſ.* 129. *num. 6. & ſeq.*

21. Dependentiæ quæ non ſunt territoriales ſunt in commercio privatorum, ſic legato fundo cum dependentiis, illæ dependentiæ veniunt, quæ deſtinatione teſtatoris erant in fundo, *l. 12. §. 14. & 37. ff. de inſtr. vel inſt. leg.* Sic prædio vendito, venit aquæ ductus prædio debitus, *l. 49 ff. de contr. empt.* vites, arbores innatæ *l. 80. pr. ff. de contr. empt.* & cœtera coâlita *l. 26. §. 2. l. 30. §. 1. de A. R. D.* fructus pendentes *l. 44. de R. V.* arundineta & ſaliceta antequam cœſa ſint *arg. l. 12. §. 11. ff. de inſtr. vel inſtr. leg.* fiſtulæ & canales *l. 47. l. 49 ff. de contr. empt.* Sterculinium Stercorandi agri cauſa comparatum *l. 17. §. 2. ff. de act. empt.* Carpzov. *Iurispr. for. p. 2. conſt. 33. deſt. 19.* Sic dolia in horreis defoſſa *l. 40. §. 5. pr. ff. de contrah. empt.* rota, per quàm aqua trahitur & ſitula, *l. 40. § ult. ff. eod* puteus *l. 13 § fin. ff. de act. empt.* Seræ, claves & clauſtra, quæ perpetui uſus cauſa ibi in ædificiis ſunt *l. 17. pr ff de act. empt.* Wiſſenb. *p. 1. diſp 37. theſ. 1.*

22. Re principali vendita, etiam dependentiæ venditæ intelliguntur, etſi nihil dictum ſit, *l 47. ff. de contr. empt l. 17. §. 2. ibi niſi aliud actum ſit ff. de*

act.empt. Mev.*p.* 2. *decis.* 196. in dubio etiam videtur venditum, quod quis habet in re vendita tempore venditionis, *l.* 2. §. 1. *ff. de hered. vel. act. vend.* fundo vendito, in quo sit piscina non veniunt pisces, *l.* 15. *in fin. ff. de act. empt.* nisi ad multiplicandum & reddendum fructum sint destinati *l.* 3. §. 4. *ff. de acq. vel a. poss.* Gothofr. *ad l.* 15. *ff. de act. empt.*

23. Domo vendita cum dependentiis intelligitur saltem quod terra se tenet, *l.* 17. §. 1. *ff. de act. empt.* non supellectilia. Cothm. *vol.* 4. *Resp. jur.* non jura & actiones Anthon. *in coroll. in tract. de rescr. morat.*

24. Venditâ ancillâ prægnante partus in utero existens, & postea editus nomine dependentiæ matri accedit, *l.* 82. §. 4. *ff. de leg.* 1. *l.* 73. *ff. de leg.* 2. quia partus antequam edatur est pars viscerum *l.* 1. *ff.* 1. *ff. de ventr. insp.* ante venditionem editus non venit nomine dependentiæ, hinc & ovibus legatis agni non continebuntur *l.* 65. §. 7. *ff. de leg.* 3.

25. Forma dependentiarum consistit in accessione & connexione rei ad rem principalem. *Forma.*

26. Finis ex jure vel arbitrio hominis, si enim lex statuit vel homo destinat dependentias, ut rei principali accedant, sunt dependentiæ. *Finis.*

27. Dependentiæ ſequuntur rem principalem *c.42.de R.I. in 6.* ſic quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt *l.43.ff.de R.V.* ſervitutes ſequuntur fundum *l.20.§.1.ff.de A.R.D.* ſic augmentum dotis eodem jure gaudet, quo dos ipſa. *Auth. æqualitas* C. *de pact. convent. l.8.* C. *de jur. dot. Tab. ad Barbos. in voce augmentum.* Ubi alteri aliquid eſt unitum, ſequitur naturam ejus, cui unitur *l.59 ff. de acq. hered. Munnoz de Eſcobar de ratiocin. c.31. n.* 12. Cautum in principali debet etiam valere in intereſſe Weſemb. *p.3.conſ.110. num.* 58. idem juris eſt in fructibus, quod in re principali *l. 44.ff.de R.V.* Præſcriptio facta de re principali, trahitur & ad rei dependentiam *l.26.*C.*de uſur l.20.§.1.ff. de uſuc.* Clauſula dependentiæ, ad contractum appoſita, ſequitur naturam contractus *l.fin ff. de conſtit.pec. l.5.*C.*de ll.* ita ut ſi principalis contractus ſit ſimulatus, omnes clauſulæ in eo appoſitæ ſimulatæ dicantur *Barſchamp. tract. clauſ. c. 26. num.* 15. & diſpoſitum in dependentia, locum etiam habet in materia principali, quod procedit in materia favorabili Reig. *Theſaur. pract. vocab. acceſſorium num.* 5. Deinde, etiamſi dependentię majoris pretii ſint, ſic ſi alienam purpuram quis ſuo veſtimento intexuerit, licèt pretioſior ſit purpura, dependentiæ

dentiæ tamen loco cedit veſtimento, §. 27. *ff. de R. D.* Litteræ quoque aureæ chartis cedunt, *§. 34. l. eod.* gemmæ auro incluſę, ſunt dependentiæ annulorum, & iis cedunt *l. 29. §. 13. ff. de aur. & arg. leg.* veſtibus uxori legatis, ornamenta aurea & argentea veniunt, licet pretioſiora ſint veſtibus, niſi in civitate ſit ſtatutum prohibens mulieribus portare ornamenta, eo enim caſu non poſſunt dici dependentiæ veſtium, *l. un.* C. *nulli icere in frœno* &c. Sic cedunt ſervi fundis *l. 24. ff. de contrah. empt.* & homines liberi vel ruſtici territoriis *Inſtr. Pac. Weſtphal. art. 10.* Mev. *p. 5. deciſ. 276. num. 1.*

28. Limitatur regula, & dependentiæ non ſequuntur rem principalem (1.) quando eſt alia ratio in dependentia quàm eſt in principali *Hippol. de Marſil. ſing. 17.* (2.) Si in dependentia aliter lege diſpoſitum eſt. V. C. lege cautum eſt, e partes poſtea rei principali accedentes cum principali uſucapiantur *l. 7. §. 1. ff. pro empt. Rom. g. 585.* (3.) Si in dependentia deſtinatione ho- nis aliter actum ſit, ſic ſi gemmæ ex auro ſe- andæ ac præſtandæ ſint *l. 17. ff. de aur. & arg.* (4.) Si uniri non eſt in poteſtate adjicientis, llud fit in præjudicium aliorum, tunc dependtiæ non ſequuntur rem principalem ſed ju-

ra integra tertio manent, Mev. *p.4. deciſ. 106. num.9.*

29. Dependentiæ regulariter nec confirmant *l.44.ff.de vulg.& pup.ſubſt.* nec infirmant principale, *Schrod.de feud.p.10.ſect.15.num.35.*

30. Remedia quibus aſſerimus nobis dependentias ſunt actiones in rem, quales ſunt, rei vindicatio, actio confeſſoria & negatoria, dantur & remedia poſſeſſoria, cùm enim aſſumant naturam rei principalis, ſicut igitur pro principali interdictũ adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ, ità etiã pro dependentiis competunt.

31. Ad probationem dependentiarum accedo. quæ vel cõſiſtit in probatione, vel relevatione ab onere probandi, cùm autem eas ſupra diviſerimus in dependentias juris & arbitrii, de illis probandis, utpote ex jure notis non adeò eſt laborandum. Si verò quæſtio ſit de dependentiis juris non ſcripti & de dependentiis arbitrii, illæ quia facti ſunt probandæ ſunt, modos autem probandi cùm ſint varii, ne diſputatio plus juſto excreſceret hic enarrare ſuperſedemus.

32. Si quis aſſerat hanc vel illam rem eſſe alicujus rei dependentiam, illud probare debet, ob communem regulam quod affirmanti incumbat probatio, *l.2.§.21.ff.de probat.* Betazol *tractat.*

clauſ. 26. gloſ. 13. num. 3. verſ. Sciendum tamen eſt.

33. Ex conjuncta poſſeſſione præſumitur dependentia *l. 13. §. fin. ff. de act. empt.* Menoch. *de præſumpt. 99. num. 10. in fin. lib. 3.* & ex inſertis & incluſis dependentiæ intelliguntur *l. 38. in fin. ff. de act. empt.* Præſump

34. Exceptionem dependentiæ allegans contra præſumptionem juris manifeſta probatione eget Mev. *p. 7. dec. 373. n. 4.*

35. In dubio an quædam res ſit dependens necne, conſiderandum eſt, pro qua ſententia meliores militent præſumptiones, *l. 38. in fin. ff. de act. empt.* Menoch. *lib. 1. præſumpt. 100.* Officium dicis.

36. Jus dependentiæ judicem ſcire oportet, ut controverſias eo nomine motas decidere, & ſuum cuique tribuere queat; idem judex adeundus eſt in dependentiis, qui in cauſa principali Schrad. *de feud. p. 10 ſect. 1. n. 89.* & judex quicquid judicat in principali, idem & judicare poteſt in dependentia *l. 20. §. fin. ff. ſi ſerv. vind. l. 2. C. de bon. vac.* & judex eodem die poſt ſententiam latam poteſt ſupplere circa dependentias, *l. 42. ff. de re jud.*

37. Mandatum habens ad agendum cenſetur & mandatum habere ad ejus dependentias *l. 53. l. 63. ff. de procur.* quod verum eſt, niſi de-

pendentiæ ſpeciale mandatū requirant *Marc. de Mantua. ſing. 94.*

38. Affinia ſunt 1. connexa, connexa enim aſſumunt eandem naturam, ſicut ea quibus connectuntur, *l. 43. ff. d. R. V.* & connexorū idem eſt judicium, differunt, quòd dependentiæ poſſint ſepararì ab eo, à quo dependent, annexorum autem unum ſine altero eſſe nequit: *Conſ. Marp. Vol. 2. Conſ. 14. n. 163. & conſ. 15. n. 7.* 2. unita & incorporata, unio enim facit rem ejus eſſe naturę, cujus eſt id, cui unitur, *c. 1. ne ſede vacant. in 6. c. recolentes de Statu monach. l. non dubito ff. de capt. & poſtl. rev.* & ità ſemel unitum amplius ſeparari nequit, Reink. *de regim. ſec. & Eccl. l. 1. Cl. 4. c. 17. n. 101.* Si tamen illa, quæ rei alicui uniuntur, habeant ſpecialia privilegia per unionem, illa non amittunt, Reink. *d. l. n. 106.* & ſi loca unita non per modum acceſſorii, ſed æquè principaliter accedant, tunc loca illa unita ſpecialia ſua jura retinent, Roſenth. *de feud. c. 12. concl. 7. n. 9.*

39. Dependentiæ deſinunt eſſe fundi, quæ voluntate Domini à fundo ſemel ſeparatæ ſunt Gail. *de p. p. c. 6. num. 29.* Mev. *p. 5. deciſ. 276. num. 3.* Cum res principalis extinguitur, & res ab ea dependentes perimuntur, *l. 2. ff. de pec. leg. l. 129. §. 1. l. 178. ff. de R. I.* niſi 1. in dependentia ſit diverſa

ratio

ratio, Gothofr. *ad d. l. 178. de R. I.* vel 2. reperiatur ſpecialis diſpoſitio derogans, ſic teſtamento tanquam principali rupto legata tamen debentur *auth. ex. cauſa* C. *de lib. præt.* vel 3. quando acceſſorium ſine principali ſtare poteſt, ſic in juramento etſi principale ſit ſublatum, non tamen caſſatum cenſetur juramentum *c. 6. x. de jurejur.* Mynſ. *3. obſ. 2.* vel 4. ſi dependentiæ jure obligationis petantur tunc non ſunt dependentiæ ſed obligatio diverſa Weſemb. *p. 1. conſ. 3. n. 21.*

40. Urbe tanquam principali araſtrum paſſa, deſtruuntur quoq; ejus privilegia, tanquam dependentiæ *arg. l. 21. ff. quib. mod. uſus amitt. ubi Gothofr.* quod verum eſt, ſi deſtructio authoritate ſuperioris ob rebellionem vel crimen violatæ pacis publicæ legitimè facta fuerit, Gail. *2. obſ. 61.* Secus eſt ſi à tyranno, vel belli tempore ab hoſtibus vel prædonibus deſtructa fuerit, ea enim ubi reſtaurata fuit, priſtinum jus ſuum recipiet, *l. 19. pr. ff. de capt. & poſt. reverſ.* ſi tamen urbs ſuperioris voluntate in integrum reſtituta fuerit, omnia jura priſtina recuperat, *l. 1. & ult. §. ult.* C. *de ſent. paſſ. & reſt.* quæ tamen omnia à nutu Principis dependent. DEUS T.O.M. à quo omnia bona dependent, dirigat omnia mea ſtudia in ſui ipſius gloriam, reipubl. incrementum, & meorum commodum. CO-

COROLLARIA.

Diabolus etiam interdum homines jubet facere quæ bona ſunt & vitare contraria.

2. *Condemnandi meritò ſunt, qui ſibi ipſis manus inferunt, nequidem attentâ vitâ illorum antegreſſâ.*

3. *Principem Chriſtianum cum infideli contra Chriſtianum fœdus inire non decet, excepto caſu extremæ neceſſitatis; cujus ipſe non eſt autor.*

4. *Vnusquisque vivere tanquam politicus & tamen manere poteſt verus Chriſtianus.*

5. *Leges humanæ etiam obligant in conſcientia.*

6. *In condictione cauſa datâ cauſa non ſecuta, heres adhuc poſt mortem defuncti nudâ pœnitentia ductus, rem repetere poteſt, licet defunctus non pœnituerit, & in ea voluntate perſeveraverit.*

7. *Matrimonium absque conſenſu parentum promiſſum non valet.*

8. *Chriſtianus, cui negotium eſt cum infideli, rectè ab illo exigit juramentum, etiamſi ſciat illum juraturum per falſos Deos.*

Eximio DN. RESPONDENTI, Cognato ſuo honorando.

SCilicet à ſummo dependent omnia jura,
In Domino ſiquidem vivimus atque ſumus.
Auxiliante DEO cœpiſti jura ſequendo
Aſſiduo ſtudio, quem reverenter habes.
Hoc exercitio publico tibi gloria pendet
Quò patrem atque tuos exhilarare queas.
Perge, brevi Muſæ Tibi cingent tempora lauro,
Si pergis ſtudiis invigilare Tuis.

Gratulabundus apposuit

JOHANNES Hirſchfeld / D.
Conſiliar. Haſſiacus.

DUm tuus excubiis Genitór tutatur & armis
    Cumque Sacris aras cum Laribusque domos:
Tu nobis leges ſimul & ſacra jura tueris:
    Sarta ſit ut cuîvis res ſua, vita, ſalus.
Suſcipitur bellum, ſtabili quo pace fruamur:
    Quæ peperit bellum, Jura tenere docent.
Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri:
    Nec minor ex ſacro Laurea Jure venit.
I, Tua quo virtus, quò te rapit entheus ardor,
    Et Cape, quod ſtudiis pendet, AMICE, decus.

Nobiliſſimo atq; pereximio DN. RESPONDENTI bene volâ manu gratulatur

JOH. REGNERUS Hirſchfeld/ Lic. Jud. Crim. Aſſeſſor.

PRœmia virtutum tribuuntur magna merenti,
    Qui ſtudium magnâ ſedulitate fovet,
Hactenus aſſiduos in aperta volumina juris
    Vultus miſiſti, nocte dieque ſimul,
Hinc indagaſti pendentia juris & æqui
    Pulpita nunc ſcandis, diſſeris egregiè.
Gratulor ex animo patri, Tibi gratulor, auſis
    His: tibi ſit felix, ſit ſtudiumque Patri.

L. fin. C. de ſtatuis & imaginib.

Paucis his ſincerum affectum erga Nobiliſſimum ac Doctiſſimum, Dominum cognatum, exercitii gratia diſputaturum teſtari voluit, debuit.

JOH. GERHARDUS Hirſchfeld/ Lic.

EN tibi, ſcandenti cathedram cum laude perenni,
    Gratulor ex animo, cunctaque fauſta precor.

Hiſce paucis Nobiliſſimo, & Præſtantiſſimo Domino RESPONDENTI, & Authori, amico ſuo è paucis Chariſſimo, gratulari voluit, debuit,

HERMANNUS VULTEJUS.

Ad Nobiliſſ. DN. RESPONDENTEM,

Amicum non minus novum, quam deſideratiſſimum.

LÆtus teſtaris, ſimul experientia monſtrat,
    Quod Laurum quæras; hoc tua ſcripta docent.

Et tibi reverà, qui legis respicis artem,
Laurum Musa dabit, jubila læta canet,
Nam vivis prudens, qui juris corpora discis:
Queîs iter ad Musas, ad requiemque datur.
Heus tu! ritè doces, quid Juri appendeat omni:
Perpetuam famam, qui meditaris habes,
En precor, ut cœptis semper benedicat Jöva!
Hæc tibi toto de corde Camœna vovet.

PHIL. FR. WISSENBACHII, L.L.St.

VErzeihe/ liebster Freund/ doch meinen schlechten Zeilen/
Daß Wort und Versche nicht in rechter Ordnung stehn:
Wem Freud' und Zuversicht die schwachen Finger pfeilen/
Dem will die Feder nicht in gleicher Wage gehn.
Es haben mehr von dir / als du vermeinst/ gehöret/
Du kennest nicht den Ruhm/ den dir die Warheit giebt:
Und vieler Hohen Gunst wird gegen dich vermehret/
Weil deiner Tugend nicht der Jugend Lust beliebt.
Man weiß von guter Hand / wie du dich hast bemühet/
Auff einen vesten Grund zu bauen deinen Ruhm /
In deinem gantzen Stamm die Tugend-Rose blühet/
Und hat bey dir mein Freund / ein reiches Eigenthum:
Ich weiß/ des Ruhmes Hand wird dich mit Blättern zieren/
Die immer grüne stehn/ die keine Zeit befleckt/
Und deinen Namen wird die Fama weiter führen/
Alswo der Elephant sich an der Sonnen streckt.
Der Himmel blase nun in deine Tugend-Flammen/
Es weh dir dessen Gunst Ziebeth und Bisem zu?
Dich häffte seine Hand mit Themis Hand zusammen/
Die keinen Mangel hat/ und Tugend-voll/ wie Du.

Diese schlechte und wenige Zeilen setzte seinem wehrtesten
Fr. und Haußgenossen hinzu

G. H. Saur / Med. St.

GRatulor ex animo, decus hoc tibi, fata precorque
Optima, & his votis annuet ipse DEUS.

His paucis fratri suo quàm dilectissimo
Amore
more
ore
re
Gratulatur.

F I N I S.